

DEO DUCE  
DISPUTATIO JURIDICA  
QVINTA.

In

Titulos Libri vigesimi tertij,

24. 25. 26. 27.

DIGESTORUM.  
CUM COLLATIONE  
JURIS SVECANI.

PRÆSIDE

Viro Amplissimo ac Consultiss.

MICHAELE O. VVEXIONIO  
J. U. D. & Juris, Polit. ac Histor. in Academ-  
mia CHRISTINEA Professore celeberrimo,  
Mecœnate ac præceptore reveren-  
ter colendo.

Auth. & Resp.

Jacobo P. Chronandro W-Gotho.

Publicè proposita ad diem

Iunij 1650.

— 105 —

Holmiæ, Typis Ignatii Meureri.

DEO DUCIB

ERATURIS  
SUNT

THEOLOGIA  
SUNT

SCIENTIA  
SUNT

DIGESTORUM

EDITIONES

IN TERRIS SAGAVNI

ANNO 1600

CAROLUS GALLUS DE GALLA

MICHAELIS DE LAVERDINO

ET IACOBUS LAVENDERUS IN AOUTE

CHRISTIANA PRAELEGATIONE CELEBRANTISSIMA

TER COPENHAGENIENSIS

SIMPSON & ALFRED


JACOBUS F. CHRONIQUORUM MAGISTER

IMPRIMIS BRITONIÆ LIBRARIA

LONDINI

1600

HOMINES EX ALIIS MUNERIBUS



## TRANSITIO.

**I**n proxima precedenti dispu- LIB. 23.  
tatione actum est de contra- Tit. 8.  
etibus, præcipue consensuali- De spon-  
bus & innominatis eorumq[ue] salibus  
accidentibus, nunc sequuntur Cod. 5. 1.  
ij contractus personales, qui ad solam personarum conjunc-  
tionem pertinent.

## THEISIS I.

**S**ponsalia sunt mutua repromis- Antece-  
sio futurarum nuptiarum, in- dētia Ma-  
ter eos qui jure non prohiben- trimonijs.  
tur, ritè facta. C. I. 2. 4. **Ll.** & **Sil.**  
**Giffib.** 15. **Kyrkb.** quæ non dissol-  
venda arg. c. 2. §. 5. **Giffib.** **Ll.**

2. Ex canonistis alia sunt de præ. Hæc divi-  
senti, quæ propriè sunt matrimonio- sio non  
nium, vel de futuro, quæ hic defi- magnum  
nita, & sunt spes futuri conjugij. sum.,  
Item pura vel conditionalia.

Requiri- 3. Contrahuntur præcedente  
tur justa contrahentium & quorum inter-  
ætas, lici- tus gradus est. C. 1. **Giffb.**, **Li.**, & **Stl.**, volunt-  
& utrinq; te spontaneâ, vel simpliciter vel  
consensu- symbolo sc. arrhis sponsalitijs.  
s. **C. 2.** §. 5. 6. 7. **Li.**, 6. **Stl.**, **Giffb.**, **För-**  
**ning.**

4. Antecedens etiam conjugij,  
non tamen substantiale, dici pot-  
est trina illa de suggestu denuncia-  
tio. 2. **Li.**, & **Stl.**, **Giffb.**

Coacta 5. Quamvis clandestina spon-  
matrimo- salia sint prohibita ord. Eccles. &  
parentum, vel eorum, qui loco  
parentum sunt, consensus requi-  
nia diffici- ratur. C. 1. & 3. **Giffb.**, monent ta-  
les plerûq; men Theol. & JCti, ne parentes li-  
habent e- beros ad contrahendum cogant,  
xitus. vel inconsultò prohibeant, id e-  
näm esse contra essentiam matri-  
monij, quod spontaneum con-  
sum requirit, & non rarò perpe-  
tuas quærelas ac rixas procreat.

6. Sponsalia dissoluit 1. *Error*  
in persona, non ita qualitatis circa  
bona animi, corporis, fortunæ.

2. Scortatio. 3. Coactio. 4. Morbus  
incurabilis & contagiosus re inte-  
grâ. 5. Dolus, qualis Gen. 29. v. 23.

7. Sufficit nudus consensus ad constituenda sponsalia l. 4. dissentendi à patre licentia filiæ conceditur, si indignum moribus vel turpem sponsum ei pater eligat, l. 12.

8. Matrimonium sive nuptiæ Tit. 2.  
sunt conjunctio maris & fœminæ, De ritu  
& consortium omnis vitæ, Divini nuptiarū C. 5. 4. &  
& humani juris communicatio. seq.  
l. 1. C. 5. Gifflb. utroq; jure 15. §. 2.  
Kyrkb.

9. Ex defin. patet. 1. Sodomiā,  
diversæ speciei conjunctionem,  
14. Högb. l. 16. §. 4. Kyrkb. & poly-  
gamiam simultaneam esse illicitā.  
2. Gifflb. l. Stl. 5. l. 3. Stl. Högmb.  
15. 16. Kyrkb. 2. Matrimonium esse  
individuam vitæ conjugum con-  
suetudinem, quâ indicatur cōmu-  
nis omniū rerum usus, arg. C. 5. §. 1.

Gifflb. l. 28. §. 1. 29. Jordb. l. partici- Ex canon.  
patio utriusq; fortunæ, quæ innui- conjugiū  
tetur etiā C. 8. §. 1. Erffb. l. arctissima timum &  
animorū conjunctio, l. Sårm. 19. ratum, ali-  
l. & in separabilitas conjugij 15. §. ud legit-  
2. Kyrkb. och hafwi ingen &c. mum &  
nō ratum,

ntpote cū 10. De ritibus vid. 5. 6. 7. 8.  
Ethnico. **Giftb.** 15. **Kyrb.** inter quos verò, na-  
tum, & nō turali & civili cognatione conjun-  
legitimum c̄tos, legitimum matrimonium,  
quod citra non contrahitur, vid. 15. **Kyrf.** 20.  
solennita. tes fit. I- **Cl.** 15. **Stl.** **Erfßb.** (quædam tamen  
tem, In- ex ijs hodie sunt antiquata) & ord.  
tiatum sz. consensu Eccl.

& consum- II. Matrimonium quadruplici  
matum sz. jure est Introduc̄tum. 1. *Naturali*,  
carnali co- pulâ, quo ad originem & conjunctio-  
nem. 2. *Divino*, quo ad institutio-  
nem. 3. *Gentium*, quo ad consen-  
sum. 4. *Civili*, quo ad formam &  
solemnitates.

*Notab. II.* 12. Nuptiæ consistere non possunt nisi con-  
sentient omnes, id est, qui coēunt, quorumq;  
in potestate sunt 1. 2. minorem annis 12. nup-  
tam tunc legitimam fore uxorem, cum apud vi-  
rū explesset 12. annos, l. 4. Non ignoscendum  
ei, quæ obtentu paupertatis turpissimam vitam  
egit, l. 43. §. 5. Non aboletur turpitudo, quæ  
postea intermissa est, ead. §. 4.

Tit. 3. 13. Nuptias conseqvuntur *Dos*  
de jure do- & *donatio* propter nuptias.  
tium C. §. 12.

14. Dos est donum, quod mari-  
to à nova uxore vel alio ejus nomi-  
ne datur ad sustinenda onera ma-  
tri-

trimonij, arg. 6. 12. 13. 14. Giffb.  
§l. 6. Stl.

15. Ex I. R. alia est *Profectitia*, quæ à patre de bonis, vel facto ejus profecta, alia *Adventitia* quæ aliunde, quām à paternis bonis sz. à matris, sororis, fratribus bonis profici- scitur. Pater ex I. R. ad dotan- dum tenetur, aliter jus nostrum, arg. C.7. Giffb. §l. effter Macht och Wilia sinom/ etc. Olim etiam ex I. R. in paraphernalibus, i. e. *rebus uxoris præter dotem*, jus non habuit maritus. In I. a. N. conjugum omnia videntur communia, præcipue in immobilibus, non ita immobilibus arg. 5. Í laghum vår- om giffteß ey bonde i Adel Jord eller Hws/ Hustru sijna / ey och hoon i hans vthan i alla andra Lööf Öra. Giffb. §l. 31. Gedzör. §l. sz. ut ea tanquam propria distrahere valeat, nisi in quibusdam casibus. Vid. c. 27, §l. 16. Stl. Jordb.

16. Donatio propter nuptias est ea, quam maritus dat uxori in

compensationem dotis. Suetice  
Morgong, de qua c. 10. **¶** 9. **Stl.**  
**Giffb.** ubi etiam certa quantitas  
morganaticæ præscribitur.

**Bene morata satis dotata,** 17. Not. Ejusmodi dos (uxor enim non propter dotem, jubente Solone, sed virtutes ducenda) vel donatio, ut est dotis compensatio, quatenus in I. R. strictè accipiuntur, Juri nostro non sunt cognita. Cum dote tamen, medgiff / hem-fölgd, 12. 13. 14. **¶** 18. **Stl.** **Giffb.** cum donatione, morganatica. **Morgengåfva.** c. 6. 9. 10. II. 18. **¶** 6. §. 3. 9. 10. **Stl.** **Giffb.** quandam convenientiam habent. 10. **Ronb.** **¶** 1. ad consequentia etiam conjugij refert Consultiss. Præses §. 1. c. 6. & 9. **¶** 8. **Stl.** **Giffb.** ubi maritus tenetur uxorem tueri ejusq; nomine respondere & agere, uti etiam potestatem moderatè uxorem increpandi. 19. **Särm.** m. **Willia** **¶** 1. Närper han hona för bruth henna ståliko/ mari saaklöf.

**Notab.  
leges.**

18. Reip. interest mulieres dotes salvas habere, propter quas nubere possunt, l. 2, sed in

jure, N. bene morata satis dotata. Ibi dos esse debet, ubi onera matrimonij. l. 5. Constante matrimonio rei dotalis dominum *civile* penes maritum est, *naturale*, penes uxorem, l. pen. C. hic.

19. *Pacta dotalia* (*quæ potissimum agunt de quantitate dotis & modo ejus constituendæ*) contra leges vel, bonos mores vel in præjudicium mulieris non facta, sunt servanda.

Arg. c. 13. 14. Giffb. 1l.

20. Hac lege decernimus, ut vir in his rebus *Notab.* quas extra dotem mulier habet, quas Græci parapherna vocant, nullam, uxore prohibente, *Lex.* habeat communionem 2. 8. Cod.

21. Licet maritus, durante matrimonio sit rei dotalis dominus *Tit. 5.* *De fundo dotali C.* civiliter, tamen res dotales, præcipue inæstimatas ac immobiles, in *Cod. de 5. 23.* distinctè neq; alienare, neq; oppugnare potest, quamvis mulier consenserit, idq; propter fragilitatem sexus, nisi summa uxorem, urserit necessitas, & tunc ejus consensus accesserit, ff. h. t. arg. ubi præcipue sermo est de paraphenis immobilibus. C. 27. 1l. 16. Stl. Jordb. 19. 1l. Giffb. 21. §. 2. 31. §. 1. Fedzör. 1l.

22. Est autem omnis alienatio actus per *Notab.* quem dominium transfertur. l. 1. Cod. h. t. *Lex.*

*LIB. 24* 23. Donationes inter conjuges,

*Tit. 1.* contractis nuptijs, sine nulla causa  
*De dona-* factæ hic prohibentur, ne conju-  
*tionibus* ges mutuo amore spolientur, do-  
*inter vi-* nationibus nimium inhiantes, &  
*rum & u-*  
*xorem. C.* concordia maritalis pretio & mu-  
*s. 16.* neribus, sicut adulteria, compare-  
tut, & matrimonia fiant venalitia,  
ne alteruter, filiberalior, in pau-  
pertatem redigatur, & ut appareat  
jure societatis sine liberalitate,  
omnia illorum debere esse com-  
munia.

24. Hæc tamen inhibitio variè  
limitatur.. Valent 1. donationes  
tales, si pro necessitate sint factæ,  
si dans non adeo exinde paupe-  
rior, nec accipiens locupletior,  
si exiliij vel divortij vel mortis cau-  
sa, quod etiam jus nostrum appro-  
bat, arg. c. 17. Jordb. Stl. 9. §. 7.  
Giffb. Stl.

*Notab.* 25. Moribus apud nos receptum est ne inter  
*leges.* virum & uxorem donationes valeant, l. 1. Non  
coitus mattimonium facit, sed maritalis affe-  
ctio, l. 31. §. 13.

26. Divortium statuunt propriū  
vel

vel impro prium, illud est separatio Tit. 2.  
matrimonij, & plena vinculi con- De divor-  
jugalis solutio, cuius causæ præci- tijs & re-  
puæ & propriæ 1. *Mors naturalis*, pudijs Co.  
10. 22. *Li.* Giffb. 1. Erffb. non vero <sup>Nor.</sup> Votū  
ita civilis, utpote proscriptio, arg. semper  
*C.* 2. Erffb. *Li.* 2. *Adulterium* II. perpetu-  
*Li.* 10. Stl. Giffb. 5. *Li.* 3. Stl. Högb. <sup>um quam-</sup>  
1. Ziuffb. *Li.* nisi vi passa sit corpo- <sup>vis even-</sup>  
ris contumeliam, ut 12. *Li.* II. Stl. <sup>dum fru-</sup>  
Edzorb. 3. *Malitiosa desertio* qualis <sup>straneus.</sup>  
28. Jordb. *Li.*

27. *Hoc est separatio, non in uni-* Divorti-  
*versum vinculi, sed convictus &* <sup>um pro-</sup>  
*thori, vel in perpetuum vel ad tem-* prie inter  
*pus, & hic jus Civ. & Can. Rom.* <sup>conjuges</sup>  
*varias olim finxit causas, sed num* repudium  
*omnes probandæ suis authoribus* <sup>inter de-</sup>  
*relinquendum, sive inimicitiam &* sponsatos.  
*sævitiaminemendabilem, errorrem in persona, furorem, morbum*  
*incurabilem & contagiosum,*  
*(quod etiam apud nos de leprosis*  
*servatur) utriusque consensum, vi-*  
*tæ insidias, absentiam multorum,*  
*annorum, si nihil certi interim de*  
eo

**eo** constet, propinquitatem sanguinis, impotentiam & inhabilitatem quam causam etiam nostra Eccl. ord. agnoscit, &c.

**Notab.**

28. Non dotibus sed affectu matrimonia contrahuntur. II. Cod.

**Lex.**

**Tit. 3.**  
soluto ma-  
trimonio  
quemad-  
modum.  
dos peta-  
tur Cod.

**J. 18.**

29. Soltio matrimonio, morte vel divortio, dos est restituenda, vel uxori, I. 2. t. ff. vel patri, liberis non relictis, si profectitia, sive stipulatus sit aut non, vel hereditibus dum dos est adventitia, stipulatione facta. Vid. C. 6. 12. **¶** 6.

**Stl. Giffth.** variè tamen hæc dotis repetitio cessat, utpote ob desertionem aut adulterium mulieris. Arg. C. II. **¶** 1. **Giffth.**

**LIB. 25.**

**Tit. 1.** 30. Impeditur quoq; interdum dotis repetitio ante solutionem, de impen- impensarum in rem dotalementis in res dotalis fa- starum.

**Etis.**

31. Impensæ sunt 1. *Necessarie*, quibus non factis dos deterior redditur l. 14. 2. *Utiles*, ex quibus res melior, & fructuosior futura.

C. 2. §. 3. Jordb: Stl. Vthan han wijse alt gottst bårrat År, 3. *Volu-*

*pta-*

*ptuarie*, quæ tantum exornant non  
ita augent l. 7.

32. *Not.* Istan & illas tenetur u-  
xor vel ex actione mandati, vel  
Neg. gest. marito refundere; has  
aut permittet tollere, si absq; læsio-  
ne abstrahi queant, aut solver.

33. Soluto matrimonio, actio Tit. 2.  
rerum amotarum datur vel marito De Actio-  
vel uxori vel heredibus ad res re- ne rerum  
petendas, quæ divortij causa vel amotarum  
ab alterutro conjugum, constan-  
te matrimonio l. 17. sunt vel abla-  
tæ vel absconditæ, vel dolo malo  
consumptæ, vel si spe mortis quid  
surreptum &c. arg. C. 12. *Giffb.*  
*¶. Not.* hæc actio in favorem ma-  
trimonij introducta est, ne agatur  
actione furti adversus vitæ comi-  
tem l. 1.

34. In honorem matrimonij turpis actio ad- Notab. II.  
versus uxorem negatur l. 2. Non æquum est  
invitum suo pretio res suas vendere l. 9.

35. Agitur hic i. ut parentes li- Tit. 3.  
beros agnoscant, alant & edacent De agno-  
18. *¶. 13. Stl. Erffb. 28. ¶. Jordb.* scendis &  
& vicissim liberi parentes paupe- alendis li-  
beris vel  
res parentibus

vel patro- res sustentent Conf. C. 31. ¶ 15.  
nis vel li-  
bertis C. Stl. Jordb.

5. 25. 36. 2. Ut mulier, divortio facto,  
intra 30. dies se esse prægnantem  
nunciet marito, qui aut partum  
agnoscet, & sic alat, aut ratione  
renunciabit, l. i. §. 7.

37. 3. Jubentur liberti patro-  
nos egenos pro facultatibus & vi-  
ce versa, alias jus patronatus perdi-  
tur; alere.

*Notab.* 38. Necare videtur non tantum is qui par-  
*Lex.* tum perfocat; sed & is, qui abjicit & qui ali-  
monia denegent & is qui publicis locis, miseri-  
cordiæ causa exponit, quam ipse non habet l. 4.  
parentum necessitatibus liberos succurrere ju-  
stum est, sine die & consule l. I. Cod.

*Tit. 4.* 39. Si mulier mortuo marito,  
*De inspi-* dicat se esse prægnantem, tunc  
*ciendo* mature id ab illa his, quorum inter-  
*ventre cu-* stodiendo est, significandum, ut mittant, si  
*que partu-* velint, mulieres, quæ hac de re ex-  
ploreant, & omnia in eū finem, ne  
partus supposititius obtrudatur ac  
mulieri injustè hereditas ventris  
nomine tradatur, l. i. arg. C. 22.  
¶ 17. Stl. Giffb. 6. 10. ¶ 8. Stl.  
Erffb.

40. Publicè interest partus non supponi, ut *Notab.*  
dignitas ordinum, successionum & familiarum *Lex.*  
sit salva l. i. §. 13.

41. Si mulier ventris nomine, *Tit. 5.*  
propter favorem partus, in posses- Si ventris  
sionem mittatur, arg. C. 22. *¶*, in nomine  
pr. *Giffb.* & dolo malo possessio- muliere in  
nem eandem ad alium transtule- possessio-  
rit, tunc datur hic actio coheredi nem missa  
vel alij, cuius interest, adversus mu- eadem  
lierem in factum, & dolo in pos- possessio,  
sessionem missus decedere cogi- &c.  
tur.

42. Hoc edicto prætor recte prospexit, ne *Notab.*  
dum in favorem partus possessionem pollicea- tur, alijs prædæ occasionem præbeat, l. i. *Lex.*

43. Datur hic actio adversus' *Tit. 6.*  
mulierem, quæ ventris nomine, Si mulier  
per calumniam, id est cum nove- ventris  
rit se non esse prægnantem, in nomine in  
possessionem est missa l. i. §. 2. ad ne calum-  
niæ causa  
id quod interest, arg. C. 22. §. 1. *¶*, esse dica-  
17. *Stl. Giffb.* Hæc actio famosa tur,  
est in I. R. vide & jus nostrum ubi  
quis per mendacium rem acquisi-  
vit 2. §. 3. *Jordb. Stl. Bøke etc.*  
*Før ty han lôgh sîgh thet till.*

44. Per calumniam autem in possessione fu- *Notab.*  
isse videtur: quæ sciens prudensq; se prægnan- tem *Lex.*

sem non esse, voluit in possessionem venire,  
l. i. §. 2.

**Tit. 6.** 45. Concubinatus, qui differt  
De concubinis Cod. à stupro & adulterio, imitatur ma-  
lib. 5, tit. 26 trimonium inquit Cuiac. ex Julia-  
no, & concubina erat, quæ loco  
uxoris extra matrimonij formam  
cum aliquo vixit, l. 144. de V. S.

46. Jure civili olim concubi-  
natus extra pœnam l. 3. & infamiā  
fuit, si uxoratus non erat, & inde  
sicut ex contubernio i.e. servorum  
conjugio concepti, non spurij,  
sed naturales tantum dicebantur  
sed nunc, ut ex jure nostro C. 3. §.  
& Sgl. Giffb. 22. Konb. §. sub pœ-  
na prohibitus est.

**Notab.** 47. Concubinam ex sola animi destinatione  
**Lex.** æstimari oportet, l. 4. Nemini licentia conce-  
datur, constante matrimonio, concubinam pe-  
nes se habere, l. 1, Cod. Vide artie. milit. Svec.

**LIB. 26.** 48. Tutela est vis (non violen-  
**Tit. 1.** tiām sed auctoritatem & faculta-  
De tutelis. tem significat ) in capite libero ad  
tuendum eum, qui per ætatem se  
defendere nequit, l. 1. vid. C. 20.  
21. §. 15. Sgl. Giffb. II. §. Erffb. 14.  
Zingb.

49. Cura sive curatio est potestas ad gerendum illius negotia & administrandum bona, qui jam pubes factus, sed adhuc propter aetatem C. 19. §. 1. Edzör Stl. vel animi arg. C. 15. Ll. 14. Stl. Drāp. m. Wāda 16. Ll. Jordb. Witwillinge 14. §. 1. R. B. vel corporis vitiūm, ea curare nequit.

50. Differentia tutoris & curatoris; *Ille* impuberibus, etiam invitīs, principaliter personæ & testamento; *Hic* puberibus, regulariter volentibus & petentibus, rebus, & non ita testamento, datur. Tutela reguluriter 14. cura vero 25. anno completo exspirat. In jure nostro promiscuè dicuntur Förmynndare / Målförmånn.

51. Fœminæ tutores dari non possunt: quia *Notab.* id munus masculorum est, quid jus nostrum vid. II. Stl. Giffib. nisi à principe filiorum tutelam specialiter postulent, l. 18.

52. Tutela est triplex, 1. *Testamentaria*, quam parentes liberis Tit. 2. De Testa-

mentaria impuberibus & alijs, quos in potestate tutela. C.  
5. 28. state habent, & post mortem non recasuri sunt in alienam potestatem, præsentibus testibus, testamento constituunt, arg. Cap. 2. Giffib, Stl, & ita datus tutor, cum quo testamenti factio est, cœteris præfertur.

53. 2. *Legitima*, quâ lex, deficiente testamentariâ, proximos pu-  
*dicta*, quod sola pilli agnatos vel cognatos ad tuto-  
lege absq; res vocat. C. 15. 20. 21. 11, II. 15 16.  
testatore Stl. Giffib, 19. 20. §. 3. Edzorb. Stl.  
& magi- stratu de- 54. 3. *Dativæ* sive honoraria est,  
fertur, quam magistratus deficiente te-  
stam. & legit. pupillo dat. C. 15. §. 1.  
Stl. Giffib,

*Notab.* 55. Sed eos demum testamento dator acci-  
*Lex.* pere nos oportet, qui jure dati sunt, l. 3.

56. Interdum magistratus in tu-  
tit. 3. torem testamentarium inquirit  
De confir- mando tu- eumq; confirmat vel reprobat, ut-  
tore vel curatore, pote, si datus aliter quam oportet.  
C. 5. 29. Inquirendum est an patris vo-  
luntas duraverit, an celata emersit

tu-

tutoris improbitas. l. g. &c. arg.  
C. 21. ¶. Giffb. 16. Stl. eod.

57. A patre testamento tutor  
datus filio legitimo sine inquisitione  
(quâ quæritur an fit idoneus  
quo ad personam & bona) & satis-  
datione; à matre verò & patrono  
datus cum inquisitione, citra ta-  
men, ut plurimum, satisfactionem  
à magistratu, confirmandus, ab  
extraneo constitutus causa cogni-  
tâ satisdare bona pupilli fore salva  
tenetur. ff. h. t.

58. Legitima tutela est qua-  
drupl. 1. *Agnatorum*, quam lex 12.  
tab. proximis agnatis defert 20. ¶. 1.  
15. Stl. Giffb. Tit. 4.  
De legiti-  
mis tuto-  
ribus C. 5.  
30.

59. 2. *Patronorum*, quâ ex men-  
te legis 12. tab. patroni tenentur  
tueri suos libertos impuberes, ubi  
enim spes successionis, ibi plerum-  
que onus tutelæ. Reg.

60. 3. *Parentum*, quæ defertur  
parentibus liberorum, vid. 15. ¶. II.  
Stl. Giffb. vid. C. 15. ¶. II. Stl.  
Giffb. nepotum, impuberum,  
emancipatorum.

61. 4. *Fiduciaria*, quæ mortuo

*Qui sentit patre emancipante, defertur frā-  
commondū tribus, ut sint legitimi tutores suo-  
sentia, quoque onus.* rum fratrum impuberum eman-  
cipatorum. *Not.* Hodie servitu-  
te & emancipatione sublatis, hæ  
quoq; species abolitæ, & nunc si-  
ve cognati, sive agnati successio-  
nem sperantes ad onus tutelæ vo-  
cantur.

*Notab.*

*Lex.*

62. Nemo neq; frater neq; alias legitimus  
in tutelam vocetur, antequam quintum & vi-  
cesimum suæ ætatis annum in pleat, l. 5. Cod.

*Tit. 5.*

*De tutori-  
bus & cu-  
ratoribus  
datis ab  
his qui jus  
dandi ha-  
bent.* Cod.  
5. 34.

63. *Dativum sive honorarium.*  
tutorem dat qui jurisdictionem  
habet. Dari verò potest qui est sub  
jurisdictione dantis' C. 15. Stl.  
*Giffsb.* Datus sine inquisitione sa-  
tisdare tenetur, non ita si ex inqui-  
sitione detur. *Not.* Puberibus, et  
iam invitis tutores & impuberi-  
bus, non tamen ita invitis, curato-  
res dantur.

*Notab.*

*Leges.*

64. Nemo ipse se tutorem dare potest, ex  
l. 4. maritus et si rebus uxoris suæ debet affecti-  
onem, tamen Curator ei creari non potest. l. 2.  
Cod.

*Tit. 6.*

*Qui pe-*

65. *Alij pupillo tutores petere*  
ju-

jubentur, ut mater & libertus im-  
puberis, alias illa se indignam, si  
pupillus decesserit, hereditate fa-  
cit, ille verò à magistratu punitur,  
l. i. & 2. Alij, ut cognati & amici,  
pro lubitu petunt, l. 2.

66. Adultus vel ipse met, vel  
alius ejus nomine sibi curatorem  
comparet, l. 2. §. 4. in eo loco, ubi  
natus vel plurima ejus bona sita  
sunt.

67. Operosum est tutorū munus. Tit. 7.  
1. Tutelam adire coguntur 15. Giffsb. De admi-  
Stl. in f. bōte 3. Mark til twestiptis nistratio-  
swå opta han neefar etc. ne ac peri-  
culo tuto-

68. 2. Satudare coguntur rem pu- rum & cu-  
pilli fore salvam, C. 15. Stl. Giffsb. ratorum  
Then Barnagodz tager skal borgen & de a-  
fattia etc. gentibus  
vel con-

69. 3. Periculum tutelæ ad illos  
spectat 15. Stl. Giffsb. Barnagodz pluribus,  
må ey siuncā eller brinna/vthan alt Cod. s. 37.  
sult åter antwardaß/ unde quamvis 38.  
exactissima requiratur diligentia,  
Arg. etiam C. 5. §. 1. Kōp. Stl. ta-  
men vix impossibilia, quorum nul-

la est obligatio, & casum mere  
fortuitum quem providere non  
possunt, præstare tenentur, arg.  
**C. 35. §. 2. B. B. II.**

**Notab. II.** 70. Qui pecuniam pupilli relinquit otiosam  
ad usuras tenetur ex l. 7. §. 3. vid. Locc. Syn. p.  
m. 108. pecuniæ, quam in usus tuos converte-  
runt tutores, legitimas usuras præstent, ead.  
§. 4. illa verba C. 15. Stl. Gifflb. *Wat the*  
*aff Barnagotse vpbåra / de fructibus bono-*  
*rum etiam intelligi possunt. ex duobus tutori-*  
*bus, si cum altero actum fuerit, alter non libe-*  
*rabitur, l. 18. Tutoris præcipuum est officium*  
*ne indefensum pupillum relinquat, l. 30. arg.*  
**C. 14. Tingb.** Tutoribus vel curatoribus, for-  
euitos casus, adversus quos caveri non potuit,  
imputari non oportere, sæpe rescriptum est,  
l. 4. Cod.

**Tit. 8.** 71. Per auctoritatem tutorum  
De Autho. vel curat: non earum existimatio  
ritate & consensu vel dignitas hic intelligitur, sed  
tutorum potestas & interventum, quo acta  
& curato- rum, C. 5. pupilli confirmanda, alioquin abs-  
que eorum consensu pupilli civi-  
liter non obligantur, dum eorum  
dicunt pu- conditio facta est deterior, arg.  
pillum ali- C. 20. §. 3. Edzör. Stl. Nåde få etc.  
um sibi & Döbl. Balc. §. 1. aliás cum meli-  
obligare, or facta, naturaliter obligantur, &  
sed non se alij. tunc non requiritur auctoritas tu-

toris, nisi in hereditatis aditione  
Ins. h. t. quæ sæpè conjuncta est  
cum periculo latente.

72. In J. N. nec tutor potestatem  
habet alienandi impuberis,  
qui ita dicitur ad completionem  
anni 15<sup>ii</sup>. 36. Edzörb. ¶, vel com-  
mutandi facultates, nisi in melius,  
aliàs adultiores factus id revocare  
valet, C. 10. Stl. 16. ¶, Jordb.  
Hafwi ingen Wåld &c.

73. In delictis tamen dolo, & Non enim  
latâ culpâ commissis, si pupillus sit malorum  
doli capax & pubertati proximus, mores, sed  
sine tute se ad pœnam obligat. infirmitas  
arg. 18. ¶, 19. Stl. Sårm. m. Willia animi ex-  
II. 12. 13. ¶, 10. 11. 12. Stl. z. Dråpb. cusa-

74. In J. N. si minorennis ma-  
jor septennio voluntariè vulnerat,  
mulctatur 18. ¶, 19. Stl. Sårm. m.  
Willia / si occidit par est mulcta-  
cum hominis legitimæ ætatis ca-  
suali homicidio II. ¶, 10. Stl.  
Dråpb. m. Wåda / si minor est 7. an-  
norum, & vulnerat, nihil solvit,  
18. ¶, Sårm. m. Willia. 12. ¶, Dråp.

m. Wåda/ si verò occidit sive voluntariè vel casualiter multandus.

12. **Li. II. Stl. Dråp. m. Wåda.**

75. Reg. est in rem suam auctorem tutorem fieri non posse, l. 2. Auctoritatem praestare est probare idquod agitur, l. 3. sufficit (*nisi tutela sit divisa*) unius turoris auctoritas, quamvis plures sint, l. 4. pupillus vendendo sine tutoris auctoritate non obligetur, nec emendo, nisi in quantum locupletior factus, l. 5. §. 1.

**Tit. 9.**

Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere, vel conveniri possunt,  
C. 5. 39.

76. Interdum propter æquitatem, finitam tutelam, ex facto tutoris minor etiam agit utiliter, veluti si rem pupillarem, tanquam suam, mutuò dedit, locavit vel mutavit arg. 16. **Li. IO. Stl. Jordb:** & sibi stipulatus sit, l. 2. & convenitur, ut si tutor ejus nomine condemnatus sit, arg. C. 23. I. **Dråp.** in fin. & 2I. §. 2. **Edz. Li. Swå skal war sin saak ensammin bôta/** vel pecuniam mutuo in pupilli usum accepit, vel pupillus dolo vel culpâ tutoris locupletior factus, l. 1. & 3. arg. sit gener. ista reg. C. 1. **Jordb.** alt ola gliga fångit åhr som åfångit.

**Notab.**  
**Lex.**

77. Dolus tutoris puero neq; nocere (*cum non locupletior factus*) neq; prodefesse debet. quod à vulgo dicitur, tutoris dolum pupillo non noce-re;

re; tunc verum est, cum ex illius fraude locupletior pupillus non factus est, l. 3.

78. Tutor vel curator qui male tutelam gerit vel gesturus esse videtur suspectus redditur, ac remoti veri potest, quamvis latitationem offerat, illa enim malum propositum non mutat, sed diutius gransandi in re familiari pupilli facultatem præbet l. 6. & Inst. h. t. arg. 21. El. 16. Stl. Giffth. Tit. 10. De suspicatis tutoribus & curatoriis C. 5. 43. Hæc accusatio est publica, quivis ad accusandum admittitur.

79. Ob dolum remotus infamis (excepto patrono cuius existimationi parcendum) ob culpam, quamvis latam, non ita, redditur, l. 3. 5. 18. & l. 9. Cod.

80. Dicitur suspectus ex moribus, non factatibus l. 8. lata negligentia propè fraudem accedit l. 7. Notab. leges.

81. Variæ sunt excusationis LIB. 27 (quæ est immunitatis allegatio) à tutela causæ. 1. Ætas major 70. & minor 25. annis. 13. §. Ins. h. t. 2. Numerus liberorum, Romæ trium, in Italia quatuor, in Provincijs quinque. Inst. hic. 3. Administratio rerum fisci. 4. Onus trium tutellarum, Tit. 1. De excusationibus C. 5. 61. Excusant etas, dignitas, professio, valetudo, lis, nego-

lia liberi, modo non sint affectatæ. 5. *Absentia imperitia*, tia Reip. causâ. 6. *Potestas* cum dignitate l. 30. 41. hic §. 3. non semper 15. §. 2. hic. 7. *Lis de bonis inter tutorem & pupillum* l. 21. 21. ¶. 8. *Giffth.* 8. *Inimicitia capitalis* cum patre pupilli, l. 6. §. 17. 8. *Gravis morbus animi vel corporis* l. 10. §. 8. 16. *Stl. Giffth.* 10. *Professio publica artium & scientiarum.* 11. *Imperitia literarum*; si res pupillares id requirant. 12. *Interdum tutoris paupertas*, l. 7. & 40. hic. 13. *Militia.* 14. in J. R. Maritus justè curram suæ uxoris recusat, l. 2. C. qui dari tut. & Inst. eod. contrarium videtur Jus. N. 6. §. 1. 9. ¶. 8. *Stl. Giffth.*

82. In J. N. à tutelâ excusationes non ita expressè proponuntur, sed strictè inquit, cui hoc onus offertur & recusat, mulctabitur, C. 15. §. 1. *Stl. Giffth.* nullum tamen dubium quin legitimæ probentur, 21. ¶. 16. *Stl. Giffth.*

*Notab.*  
*Lex.*

83. Quinquaginta dierum spatiū tantummodo ad contestandas excusationum causas pertinet, l. 38. Offi-

84. Officium præcipuum ma-  
gistratus & tutoris est, ut curent  
pupillum honestè, sine ulla mali-  
gna suspicione educari, potissi-  
muim apud matrem C. l. i. arg. C.

15. **L. II. Stl. Giffb.** Nisi ad secun-  
da vota transferit, ut fit 16. **L. IZ.**

**Stl. Giffb.** habitâ ratione perso-  
næ, conditionis & temporis; Et  
alimenta & sumptus ad rectam in-  
formationem pro facultatibus ei  
exhiberi, l. 2. si egenus fuerit pu-  
pillus, tutor non cogendus eum su-  
stentare l. 3. §. fin. nisi sit parens,  
arg. C. 18. **L. IZ.** **Stl. Erffb.** liber-  
tus, cognati &c. l. i. §. 2. & 3.

85. Non ferendus est Iuvenis, qui studijs **Notab.**  
eruditus, sumptus recusat, quasi vento vixerit,  
aut nullo libeti hominis studio imbui merue-  
rit. ult. Cod. hic, si egeni sunt pupilli, de suo  
eos alere tutor non compellitur, l. 3. §. 6. ff. hic.

86. Finitâ tutelâ (quam finit Tit. 3.  
justa pupilli ætas C. II. §. I. Erffb. **L.** De Tutelæ  
19. §. I. Edzorb. **Stl.** Lagha åhr och & rationi-  
til stölk kommen) 2pl. competit pu- bus distra-  
pillo adversus tutorem actio, i. Tu- hendis &  
telæ, quâ tutor ejusq; heres ratio- utili cura-  
nem actus sui, etiam administrati- tione acti- C. 5. §.  
onis

Tit. 2.  
Ubi pupil-  
lus educari  
vel mora-  
ri debeat  
& de ali-  
mentis ei  
præstandis  
C. 5. 47. 10.

Lex.

onis reddere tenetur, l. i. C. 15.

**Stl. Giffib.**

87. 2. *Actio de rationibus distra-hendis & distractis & conturbatis, quā agitur de rebus, quas tutor du-rante tutelā, subtraxit, l. i. §. 22. concurrit cum condicione furti-va, si furandi animo alienavit vel dolo malo intervertit, l. i. in here-des, quatenus pœnalis, non tran-sit. ead. §. 23. arg. C. 23. in fin. Drāp.*

**m. Wilia.**

*Notab.*

*Lex.*

88. Tutor præstabit dolum, culpam & quan-tam in suis rebus diligentiam, Ex. l. i. in pr. accuratius videtur jus nostrum. 15. Giffib.  
**Stl. Eymå Barnagodz siuncfa eller brin-na/ vthan alt fult åter antwardas/ si omnes tutores solvendo non sint, inter eos, qui solven-do sunt, dividitur actio, sed prout quisque sol-vendo est, poterunt conveniri. ead. §. 22.**

*Tit. 4.*

*de contra-  
ria & utili  
actione.*

89. Ut facilius tutores tutelam, suscipiant, datur & ipsis contraria-ria & utili tutelæ actio, adversus pupillum, ut ratione administrationis inde-mnes serventur, si quid de suo in-penderunt, fidejusserunt, eorum causā, arg. C. 23. l. Drāp. 1. in fine.

*Notab.*

*Lex.*

90. Sufficit tutori bene & diligenter negotia-gessisse; et si eventum adversum habuit, quod ge-

gestum est l. 3. §. 7. arg. C. 5. §. I. Böp. Stl.  
neque in hoc administrantur tutelæ, ut mergan-  
tur pupilli. Cod. in pr.

91. Si quis negotia impuberis<sup>9</sup> Tit. 5.  
administraverit, sive putet se esse,<sup>De eo qui  
pro tutori</sup>  
sive fingat tutorem vel curatorem, vel curato-  
minori aduersus eum actio protu-<sup>re negotia  
telæ, ut in ipsum tutorem, ex ad-  
gescit, C. 5.</sup>  
ministratio datur, & ob id qui  
gescit, & non gestum in ejus com-  
modum sit, si aliis gesturus erat,  
l. i. Si pro tutori quis gescit, datur  
actio negotiorum gestorū, & vice  
versa, illi contra minorem de im-  
pensis. &c. contraria conceditur,  
l. 5. hic.

92. Qui dolo malo & falsò negotia gerit, falsus tutor dicitur, quod false itaq; talis hic primò obligatus est <sup>tutore, au-</sup> ei quem fefellit ad id quod inter- <sup>tore ge-</sup> est, l. 7. 2. Qui ignorantes, & non <sup>ftum esse</sup> dicatur. scientes (nisi minores l. 4.) cum tali contraxerunt in integrum re- stituuntur, l. 1. §. fin.

93. Hujus editi æquitas non est ambigua, ne contrahentes decipientur, dum falsus tutor adhibetur l. 1, cum nihil actum sit, scientia non nocet, l. 3.

**Tit. 7.** 94. Tutores tenentur satis dare.  
de fidejus-  
soribus &  
nominato-  
ribus, &  
heredibus  
Tutoris &  
curatoris,  
**Cod. 5. 57.** ex l. 2. Directè hic casus in J. N.  
vix extat, nisi aliquid colligi pot-  
est, ex C. 20. **Stl. Giffb.** l. ubi proxe-  
netæ tenentur.

**Notab.** 95. Quantæ & cujus temporis usuræ præstan-  
dæ ex æquo & bono constitui à judice oportet,  
**Lex.** ex l. 4. §. 2.

**Tit. 8.** 96. Si adhuc pupillo satisfieri  
nequit, datur actio subsidiaria in  
ipsum magistratum (*puta mino-*  
*rem, non tamen totum ordinem, sed*  
*qui dederunt*) eo quod aut non fi-  
dejussionem, aut minus idoneam,  
**C. 5. 75.** accepit, l. 1. quæ actio etiam tran-  
sit in heredes, l. 4. 6. Nec specia-  
liter hac de re in J. N. nisi per ista  
verba C. 15. **Stl. Giffb.** *Vå skulu*  
*Borgmestare och Rådhmån tilskiepa*  
*två goda Mån som Barnomen och*  
*Barnagodze skulu föresee/ etc.*

**Notab.** 97. Si magistratus ab initio tutorem ido-  
**Lex.** neum dedit & satis non exegit: non sufficit,  
l. 4. §. 1.

98. Res minorum, si modo ser- Tit. 9.  
vando servari possint, sine justa De rebus  
causa & urgenti necessitate hic ali- eorum,  
enari, vel pignori supponi, prohi- qui sub tu-  
bentur, alioquin à quocunq; pos- cura sunt  
fessore vendicantur, l. 5. arg. C. 16. sine decre-  
tela vel  
L. 10. Stl. Jordb. Öffz magi tå han lienandis  
kommer till mogande åldher hafvi wåld vel suppo-  
hwad han will thet skipta holla eller ey. 5. 71. nendis C.

99. Huc usq; de tutoribus & Tit. 10.  
curatoribus minorum; dantur & De cura-  
alijs personis, majoribus annorum toribus fu-  
25. curatoribus, utpote furioso, rioso &  
arg. C. 13. L. 14. Stl. Dråp. m. alijs extra  
prodigo mutis, surdis, mulieribus, minores  
arg. C. 6. §. 1. 9. L. 8. Stl. Gifftb. dandis, G.  
alijsq; qui suis rebus superesse ne- s. 20.  
querunt, l. 1. & 2. & 15.

---

### Corollaria i. Ethica.

#### I.

De man-  
suetudine,

Mansuetudo est virtus mor. irascen-  
di appetitum componens, ne ob  
aliam causam citius vel seriùs, diutius  
vel brevius, plus vel minus, quam par  
est irascamur.

2. An